



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Timothei Aeluri exilio, & Timothei Salofacioli creatione, & de Gennadio  
& Acacio Constantinopolitanis episcopis. Cap. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

EVAGR. HISTORIAE

illi adhærescere, & ab eadē vtpote sancti spiritus afflatu de, monstrata confirmatum affirmaui. Nam si seruator adest in, medio duorū aut trium in nomine eius congregatorū, qui, fieri potest, vt tā multorum tamque sanctorum patrum nō, intersit concilio, cum spiritus sanctus fuerit cum illis ab, initio? Et postea. Quamobrem confortare, & esto ro, bustus in verē pietatis defensione, non aliter atque Iesu, filius Naue Seruus domini in populo Israelitico guber, nando tuendoque. Vniuerso clero tuę sanctitati obsequé, ti, & populo benedicto ac fidelī à me, quæso, salutem di, cito.

*De Timothei Aeluri exilio, & Timothei Salofacioli creatione, & de Gennadio & Acacio Constantinopolitanis episcopis. Cap. XI.*

**P**Ost ista Timotheus Aelurus addicitur exilio, iube, turque Gangrenæ domicilium rerum suarum colloca, re. Itaque Alexandrini alterum Timotheum Proterij successorem designant: quem alij Basilicum, Salofaciolum alij vocarunt. Mortuo Anatolio, sedem episcopatus Costi, tinopolis vrbis primariæ capessit Gennadius: cui Acacius, qui in eadē vrbe orphanorū collegio præfuerat, succedit.

*De terræmotu qui accidit Antiochiae, trecentos et quadraginta septem annos post illum qui fuerat, regnante Traiano. Cap. XII.*

**S**ecundo anno imperi Leonis ingens terræmotus & conquassatio Antiochiæ accidit: ante cuius initium quidam è populo eiusdem vrbis sati, supra modū insaniare, & omnē belluinā feritatem longe superare visi sunt, quasi proemium eiusmodi cladibus præbituri. Annus aut̄ sextus & quingentesimus post nomen illi vrbī impositum gravissimus terræmotus accidit, quippe decimoquarto die mensis Gorpiæ, quem Romani Septembrem vocant, circiter horam quaroram noctis, trecentum quadraginta septem annis decursis ab eo terræmotus qui sub Traiano fuit. Ille enim terræmotus anno centesimo quinquagesimo nono